



Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 35. De causis ex quibus in genere aliqui dicantur haeretici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

similiter non posset credi oblitus: nam falsa pœnitētia est, cu[m] de omnibus peccatis non agitur, nec licet dimidiam sperare veniam. cā. quem pœnitet, d[icitur] penit. dist. 1. cap. omnis. extra pœnit. & remis. Simancas in Enchyridio, tit. 61. num. 4. Ioan. Rojas tract. de heret. par. 2. assertio 21. cetera h[oc] spe[ci]f[ic]a facile nunc omitti, alibi fortassis commodius traditurns.

QVÆSTIO XXXV.

De causis, ex quibus in genere aliqui dicantur heretici.

S V M M A R I V M.

- 1 Tria in genere credenda sunt, & que.
- 2 Heres in triplici sunt genere.
- 3 Heretici, vel sententi contraria articulis fidei.
- 4 Vel contra sacram scripturam.
- 5 Vel contra definitionem Ecclesie de fide.

Trigesima quinta questio est: Heretici, ex quibus, & quot casus in genere sic dicendi sunt

Ad hanc respondemus, quod ut dictum est supra in prima par. quest. 12. & in hac secunda, quest. 32. Credenda sunt in genere tria, scilicet articuli fidei, libri canonici, & constitutiones, seu canones ab Ecclesia decreti, ut si de tenendi.

2 Et per oppositum hereses sunt in triplici genere, s. quia vel obuiant fidei articulis; vel libris canonis; vel constitutionibus per Ecclesiam factis, ut de fide tenendis.

3 Et consequenter heretici sunt, quicunq[ue]; sunt ex causis tribus in genere, s. vel quia defendunt errorem, qui est directe contra articulos fidei; ut defendentes Spiritu sanctum non procedere ab utroque, videlicet Patre, & Filio; quod est contra illud, quod dicitur in Symbolo Patrum, vbi dicitur: Qui ex Patre, Filioque procedit. +

4 Vel quia defendunt errorem, qui est directe contra scripturam, seu libros canonicos; ut defendentes mundū non incepisse, sed ab altero non fuisse; quod est contra illud, quod dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus celum, & terram.

5 Vel quia defendunt errorem, qui est directe contra constit. per Ecclesiam factas, ut de fide; ut defendentes usurpā non esse peccatum; quod est contra ea. Ex graui in Clem. de usurp. seu quod Christus cum Apostolis nihil habuit in proprio vel communione; quod est contra extraag. Domini Ioan. xxij. Cum inter quæ capitula sunt decreta, ut fide tenenda, ut patet ibidem.

C O M M E N T . L X .

Heretici ex quib. & quot causis, &c.] Materialiam huius quest. copiose tractauimus super hoc 1. parte, super q. 2. vbi tradidimus plu-

Ares generales regulas, ad dignoscendū ex quod capi-
tib. seu causis possit aliqua propositio diu heretica,
sive bono heret. de quo item argumento agit luci-
lenter Turcrematia in summa de Eccles. i. 4. par.
2. c. 9. et multis seq. Melchior Canus lib. 12. c. 7. de
locis Theologis. & Arnaldus Albertinus tract.
de agnoſcen. affer. q. 5. & aliꝝ quare ne alcum age-
re videamus, satis sit hec admonuisse lectorem.

QVÆSTIO XXXVI.

De hereticis damnatis in toto iure
Canonico.

S V M M A R I V M.

- 1 H[eretic]i damnati, de quibus in Decretis.
- 2 H[eretic]i, de quibus in Decretalibus sit metio.
- 3 H[eretic]us damnatus in extraag. Quia vir.

Trigesimasexta quest. est: Heretici per Ecclesiam condemnari, de quibus agitur in iure Canonico qui sunt?

C Ad hanc respondemus, q[uod] quidam heretici apparente condemnati ex Decretis: quidam ex Decretalibus: quidam ex Extraagantibus.

De Hereticis condemnatis in
Decretis.

Ex decretis, dist. 15. & 24. q. 3. c. Quidam aut̄ heretici, habentur isti. Simon magus, a quo Simonianis. Basilides, a quo Basilidiani. Nicolaus Diacon, a quo Nicolaita. Gnostici. Carpocrat. a quo Carpocratiani. Cerinthus, a quo Cerinthiani. Nazarei. Ophita. Valentinus, a quo Valentiniani. Appelles, a quo Appellata. Archontiaci. Adamiani. Cainani. Sethiani. Melchisedechiani. Angelici. Apostolici. Cerdō quida, a quo Cerdoniani. Marcion Stoicus, a quo Marcinonista. Artyritae. Aquarij. Seuerus, a quo Seueriani. Tatianus, a quo Tatiani. Alogij. Cataphygi. Cathari. Paul. Samosaten, a quo Pauliani. Hermogenes, a quo Hermogeniani. Manes, a quo Manichaei. Antropomorphyta. Hierachaj, a quo Hierachitae. Nouatianus Romæ urbis presbyt. a quo Nouatiani. Motani. Hebiti, a quo Hebitonita. Photinus Syrmij. Episc. a quo Photiniani. Aereus, a quo Aerianni. Actius, a quo Actiani. Iaq. Eunomianus ab Eunomio dialectico Actii discipulo. Origenes, a quo Origeniani. Noctus, a quo Noetianus. Sabellius, a quo Sabelliani. Arius Alexi deinus presb. a quo Ariani. Macedonius Episc. a quo Macedoniani. Apollinaris, a quo Apollinarista. Antidicomarita. Metangisonita. Patrius, a quo Patriiani. Colluthus, a quo Collutiani. Florin, a quo Floriani, seu Floriniani. Donatus, a quo Donatista. Bonosus Episc. a quo Bonifacius, seu Bonifaci. Circumcelliones. Pisci-